



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore
distinctus

Chokier, Érasme de
Coloniae Agrippinae, 1684

27. Subjectio unius Ecclesiae quanto tempore praescribatur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

Porro, duplex recenseri potest subjectionis species. *Wamef. conf. 455. de Regal. tom. 2.* una mediata, altera immediata: hæc ita dicta, quod sine medio proximo cui subicitur, & in quo nemo in superioritate præcedit, *l. proximus ff. de verb. signifi. lo. Monachus cap. cupientes nu. 29. de elect. in 6. uti ego alio in loco exemplis ad huc demonstravi tom. 1. l. 1. q. 2. in fin.*

Q U Æ S T I O XXVII

Subjectio unius Ecclesie, quanto tempore præscribitur?

PAUCIS respondeo annis quadraginta. *Farin. doc. 39. part. 2. idque respectu Actuum qui præscripti sunt: subjectio, n. præscripta quo ad certos actus, non extenditur ad alios actus non præscriptos. Archid. cap. plures in pr. 16. qu. 1. Farin. d. decif. 39. nu. 2. quod restringo, nisi subjectio fulciretur ad iustitiam Juris communis, c. cum persona de Privileg. in 6. Farin. decif. 273. nu. 1. & 2. part. 2. Jura cum tunc actus sint causati de titulo universali, extendendi sunt ad aliorum actuum possessionem universalem: quippe quod magis attendenda sit causa actus, quam illius actus exercitium. Bald. l. 1. in 2. nu. 24. vers. du. dec. C. de Emancip. cap. auditus nu. 19. de præscript. Farin. d. decif. 273. nu. 2. in fin.*

Q U Æ S T I O XXVIII.

Episcopus an manutenendus est in possessione universalis suæ Jurisdictionis adversus Archidiaconos Jurisdictionem causarum criminalium aut matrimonialium prætendentes?

S U M M A R I U M.

1. Episcopus manutenendus in sua jurisdictione adversus Archidiaconos.
2. Etiam si prætendant possessionem immemorabilem, modò tamen illa non sit valida aliquo titulo.
3. Archidiaconi prætendentes aliquam jurisdictionem, debent illam specificè probare.
4. Pendente causa jurisdictionis, Episcopus non potest aliqua inhibitione impediri.
5. Ad probationem temporis immemoralis qua requirantur.
6. Quasi possessio non acquiritur ab patientia & scientia ejus adversus quem præscribitur.

Respondetur, Episcopum habere assistentiam juris communis, & Concilians, ideoque eum in sua universali Jurisdictione manutenendum, *cap. cum persona ubi Franc. de Privileg. in 6. cap. cum Episcopus de offic. rod. in 6. cap. omnes Basiliens. 16. qu. 7. Rom. conf. 180. nu. 4. Feder. conf. 145. n. 6. latè Farinac. decif. 343. & 248. per tot. part. 2. & dec. 273. ead. part. Conf. Trid. sess. 24. c. 20. §. ad hæc de reform. idque etiam si Archidiaconi prætenderent possessionem immemorabilem: dummodo tamen ejusmodi possessio immemoralis non sit per aliquam rem judicatam, aut titulum æqui-*